



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Corvus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**A** Hsiquidem auritum animalis genus, qui capita habent Aquilæ, cætera Leonis, ut pleriq; tradidere: & ut in ahenea Bembæ mensa cernitur, cum alis ingentis admodum magnitudinis, Appollinem indicabant, veteresque eos Appollineo currui succedere finxerunt, Grypheneumq; Phœbum hac de causa vocitatum à nonnullis manifestum est, quod ita tangit Claudianus:

*At si Phœbus adest, & franis Grypha jugalem  
Riphaeo tripodas repetens detorsit ab axe.*

Et in Gallieni numis Gryphes cufos inspicias, cum inscriptione, APOLLINI CON'S. AUG. Duo *Gallien numisma.* vero animalia in suo quæque genere reliquis imperantia complectuntur, veluti Sol reliquis in cœlo micantibus ignibus imperitare, & luminis sui magnitudine ubertateq; reliquos omnes alere, & illustrare videtur: merito itaq; sacris profanisq; rebus omnibus, aris, se pulchris, urnis, templis, publicis, privatisque ædibus custodes passim adhibiti. Sunt tamen qui Gryphis figuram, non ut vulgo creditur, Leonina inferioribus specie esse dicant, sed Equis haud abfimilem; verum quæ capita cum **B** incurvis rostris Aquilarum more, sed ea aurita habeant: ita enim ab Aristæo Proconesio memoria super his proditum tradit Pausanias.

## NASONES. CAP. XXV.

**I**nvenies aliquando Nasones (id enim nomen à nasi magnitudine est) Gryphos nuncupatos: quod quidem cognomento Syriæ Rex, Gryphus Cleopatæ filius appellatus est, fuit enim is visenda nasum magnitudine præditus. Sed quid ego ulterius de Gryphis commentari pergam, cum rerum scriptores dubitēt, an hujus imaginis animal inveniatur? Capite enim nono supra quadragesimum libri *De Gryphe Plinii judicium.* decimi, Plinius sententiam attestatam suam, ait: *Pegasos Equino capite volucres, & Gryphas auritos aduncitate rostri, illos in Scythia, hos in Aethiopia, fabulosos reor.* Idem tamen quarto libri 33. cap. apud Scythas ait aurum à formicis aut Gryphibus erutum. Sed hoc ait ex vulgatæ historiæ opinione. Nam illud Virgilianum, *jungentur jam Gryphes Equis*, nihil aliud sibi vult, quam eventurum, ut ea, quæ minime fieri possunt, protinus fiant: aëria quippe animalia cum terrestribus eidem jugo summittantur, quod natura minime patitur. Sed, bone Deus, quorsum Hydra multiceps? quorsum triceps Geryon? quorsum tribus compacta feris Chimæra? quorsum Sphinges, & môstra alia? nisi ut parvium complexum ostendant: veluti ex verbo & diversis nominibus oratio constituitur. Quare qui simplicium significationes recte perceperit, facile ad mixtorum interpretationem accedet: quæ cum tibi mi Coluæ, cognitissima esse non ignorem, supervacuum duxi plura super his inculcare.

## DE CORVO. CAP. XXVI.

**F**œnem eram his nugis facturus, qui mihi videbar plus nimio tibi obstrepuisse, cumq; coronidem ducere pararem, visus mihi sum crocitantem audire Corvum, quasi se quoque Phœbeam alitem venditaret, & in harum consortium admitti se quoque postulare. Non ineptum judicavi, qui orsus essem à candidissima, desinerem in nigerrimam, à vocalissima in raucissimam, quod sciebam anthropiam istiusmodi in naturæ rebus considerandis suam habere voluptatem. Tu igitur, necesse est summittas auriculas, & quicquid crocitantem, & quicquid contra aliarum avium morem fecerit, boni consulas,

FILIORUM EXHÆREDATOR.  
CAP. XXVII.

**C**orvi autem figura hieroglyphicum erat hominis, qui libros suos exhæredaret, abdicaretve, aut domo quoquo eiceret modo: ajunt enim eum pullos suos, simulac volandi potestatem assecuti fuerint, nido expellere, mox & regione tota interdicerere, quod usq; adeo sit amans solitudinis. Faciunt hoc & subaquilæ quarum reges usquam difficulter invenias, Authores nostri, qui reru



*Plin. lib. 10.  
c. 13.  
Corvus pullos suos non alit.*

naturæ